

**Postcommunio** Orémus.

**R**éspice, quæsumus, Dómine, pópulum tuum: et quem ætérnis dignátus es renováre mystériis, a temporálibus culpís dignánte absólve. Per Dóminum.

Preghiamo.

**T**i supplichiamo, o Signore, di guardare al tuo popolo; e come ti degnasti di rinnovarlo con eterni misteri, così propizio perdonagli le colpe temporali. Per il nostro Signore Gesù Cristo.

## SABBATO IN ALBIS

I classis

Statio ad S. Ioannem in Laterano

**Antiphona ad Introitum**

Ps. 104, 43

**E**dúxit Dóminus pópulum suum in exsultatióne, allelúia: et eléctos suos in lætítia, allelúia, allelúia.

Confitémini Dómino, et invocáte nomen eius: annuntiáte inter gentes ópera eius.

∇. Glória Patri.

Eduxit Dominus.

**I**l Signore liberò il suo popolo nella gioia, alleluia, ed i suoi eletti nella letizia, alleluia, alleluia.

Ps. ibid., 1

Rendete grazie a Dio, gridate il suo nome, fate conoscere tra i popoli le sue imprese.

∇. Gloria al Padre.

Il Signore.

**Oratio** Orémus.

**C**oncedé, quæsumus, omnípotens Deus: ut, qui festa paschália venerándo égimus, per hæc contíngere ad gáudia ætérna mereámur. Per Dóminum nostrum.

Preghiamo.

**C**oncedici, o Dio onnipotente, che per mezzo di queste feste pasquali da noi celebrate, possiamo arrivare agli eterni gaudi. Per il nostro Signore Gesù Cristo.

Léctio Epístolæ beáti Petri Apóstoli.

Dalla prima lettera di san Pietro apostolo.

1 Petri 2, 1-10

**C**aríssimi: Deponétes ígitur omnem malítiam, et omnem dolum, et simulatiónes, et invídias, et omnes detractiões, sicut modo génti infántes, rationábile, sine dolo lac concupiscite: ut in eo crescátis in salutem: si tamen gustástis, quóniam dulcis est Dóminus. Ad quem accedétes lápidem vivum, ab homínibus quídem reprobátum, a Deo autem eléctum, et honorificátum: et ipsi tamquam lápidés vivi superædificámini, domus spirituális, sacerdotium sanctum, offérre spirituáles

**C**arissimi: Spogliando il vostro animo di ogni malizia e frode, delle finzioni e delle invidie, e di ogni sorta di maldicenza, come bambini di fresco nati, bramate il latte spirituale sincero affinché per esso cresciate in salute, se avete gustato davvero com'è dolce il Signore.

Accostatevi a Lui, la pietra viva, scartata dagli uomini, ma eletta e onorata da Dio; e voi pure, come pietre vive, entrate a far parte dell'Edificio per formare un Tempio spirituale, sacerdozio santo, per offrire vittime spirituali, gradite a Dio per Gesù Cristo.

hóstias, acceptábiles Deo per Iesum Christum. Propter quod cóntinet Scriptúra: Ecce pono in Sion lápidem summum angulárem, eléctum, pretiósus: et qui credíderit in eum, non confundétur. Vobis ígitur honor credéntibus: non credéntibus autem lapis, quem reprobavérunt ædificántes, hic factus est in caput ánguli, et lapis offensiónis, et petra scándali his, qui offéndunt verbo, nec credunt in quo et pósito sunt. Vos autem genus eléctum, regále sacerdotium, gens sancta, pópulus adquisitiónis: ut virtútes annuntiétis eius, qui de ténebris vos vocávit in admirábile lumen suum. Qui aliquándo non pópulus, nunc autem pópulus Dei: qui non consecúti misericórdiam, nunc autem misericórdiam consecúti.

*Ab hac die usque ad sabbatum Quatuor Temporum Pentecostes inclusive, in omnibus Missis, non dicitur graduale, sed quatuor Allelúia cum duobus versibus, ordine infrascripto; in vigilia autem Pentecostes et post quamlibet lectionem in sabbato Quatuor Temporum eiusdem, unum Allelúia dicitur cum unico versu.*

Allelúia, allelúia.

∇. Hæc dies, quam fecit Dóminus: exsultémus, et lætémur in ea.

Allelúia.

∇. Laudáte, púeri, Dóminum, laudáte nomen Dómini.

### Sequentia

**V**íctimæ pascháli laudes  
immolent Christiáni.

Agnus redémit oves:  
Christus innocens Patri  
reconciliávit peccatóres.

Mors et vita duéllo  
conflixére mirándo:

dux vitæ mórtuus,  
regnat vivus.

Dic nobis, María,  
quid vidisti in via?

Sepúlcrum Christi vivéntis:  
et glóriam vidi resurgéntis.

Angélicos testes,  
sudárium, et vestes.

Perciò è detto nella Scrittura:

« Ecco, io pongo in Sion una pietra principale, angolare, eletta, preziosa, e chi crederà in lei non resterà confuso ».

Essa, dunque, per voi che credete è di onore, ma per quelli che non credono « la pietra scartata dai costruttori è divenuta testata d'angolo », e « pietra d'inciampo, pietra di scandalo »; perché urtano nella parola e non credono, mentre a questo eran destinati.

Ma voi siete la stirpe eletta, il regale sacerdozio, la nazione santa, il popolo che Dio si è acquistato, affinché esaltiate le virtù di Colui che dalle tenebre vi chiamò nell'ammirabile sua luce; voi, che un tempo non eravate un popolo, ora siete popolo di Dio; voi, che non avevate ottenuto misericordia, ora invece avete ottenuto misericordia.

Alleluia, alleluia.

Ps. 117, 24

∇. Questo è il giorno che il Signore ha fatto: ralleghiamoci ed esultiamo.

Alleluia.

Ps. 112, 1

∇. Servi di Dio, lodate il Signore, lodate il suo nome.

**A**lla vittima pasquale, cristiani,  
offrite il sacrificio di lode.

L'Agnello ha redento il suo gregge,  
l'Innocente ha riconciliato  
i peccatori col Padre.

Si affrontarono Morte e Vita  
in un prodigioso duello.

Il Signore della vita era morto;  
ora è vivo e trionfa.

« Maria, raccontaci:  
che hai visto sulla via? »

« La tomba di Cristo vivente,  
la gloria di Cristo risorto,  
gli angeli suoi testimoni,  
il sudario e le sue vesti.

Surréxit Christus spes mea:  
præcédet vos in Galiléam.

Scimus Christum surrexisse  
a mórtuis vere:  
tu nobis, victor Rex, miserére.

Amen. Allelúia.

✠ Sequéntia sancti Evangélii secúndum Ioánnem.

**I**n illo témpore: Una sábbati, María Magdaléne venit mane, cum adhuc ténebræ essent, ad monuméntum: et vidit lápidem sublátum a monuménto. Cucúrrit ergo, et venit ad Simónem Petrum, et ad álium discípulum, quem amábat Iesus, et dicit illis: Tulérunt Dóminum de monuménto, et nescimus ubi posuerunt eum. Exiit ergo Petrus, et ille álius discípulus, et venérunt ad monuméntum. Currébant autem duo simul, et ille álius discípulus præcucúrrit cítius Petro, et venit primus ad monuméntum. Et cum se inclinásset, vidit pósita linteámina, non tamen introívit. Venit ergo Simon Petrus sequens eum, et introívit in monuméntum, et vidit linteámina pósita, et sudárium, quod fúerat super caput eius, non cum linteamínibus pósitum, sed separátim involútum in unum locum. Tunc ergo introívit et ille discípulus, qui vénerat primus ad monuméntum: et vidit, et crédidit: nondum enim sciébant Scriptúram, quia oportébat eum a mórtuis resurgere.  
Credo.

### Antiphona ad Offertorium

**B**enedíctus, qui venit in nómine Dómini: benedíximus vobis de domo Dómini: Deus Dóminus, et ilúxit nobis, allelúia, allelúia.

### Oratio super oblata

**C**oncéde, quæsumus, Dómine, semper nos per hæc mystéria paschália gratulári: ut continúa nostræ reparatiónis operátio, perpétuæ nobis fiat causa lætítiæ. Per Dóminum.

Præfatio, Communicántes et Hanc igitur, ut in die Paschæ.

Cristo, mia speranza, è risorto,  
e vi precede in Galilea ».

Lo sappiamo: veramente  
Cristo è risorto da morte.  
Pietà di noi, Re vittorioso.  
Amen. Alleluia.

✠ Dal vangelo secondo Giovanni. **Ioann. 20, 1-9**

**I**n quel tempo: Il primo giorno dopo il sabato, la mattina, ch'era ancor buio, Maria Maddalena se ne va al sepolcro; e vede che era stata tolta la pietra dal Sepolcro.

Corre perciò e va da Simon Pietro e da quell'altro discepolo che Gesù prediligeva, e dice loro:

« Han portato via dalla tomba il Signore, e non sappiamo dove l'abbiano posto ».

Allora Pietro uscì con quell'altro discepolo e andarono al sepolcro. E correvano tutt'e due insieme: ma l'altro discepolo fece più presto di Pietro; e arrivò primo al sepolcro. E chinatosi, vide posati i lenzuoli, ma non v'entrò.

Dietro a lui arrivò Simon Pietro che entrò nel sepolcro e vide i lenzuoli posati e il fazzoletto ch'era stato sul capo di lui, non posato insieme con le fasce, ma ben rivoltato in luogo a parte.

Allora entrò anche l'altro discepolo che era giunto prima al sepolcro; e vide e credette: poiché non avevano ancora capita la Scrittura, com'egli dovesse risuscitare da morte.

Ps. 117, 26-27

**B**enedetto colui che viene nel nome del Signore: noi vi abbiamo benedetti dalla casa di Dio: il Signore Dio che ha sparso la sua luce su di noi, alleluia, alleluia.

**T**i supplichiamo, o Signore: fa' che ci ralleghiamo sempre in questi misteri pasquali, sì che il continuo perfezionamento della nostra redenzione ci sia di perenne gioia. Per il nostro Signore Gesù Cristo.

## Antiphona ad Communionem

Gal. 3, 27

**O**mnes, qui in Christo baptizati estis, Christum induistis, allelúia.

**V**oi tutti che foste battezzati nel Cristo, siete stati rivestiti del Cristo stesso, alleluia.

## Postcommunio

Orémus.

**R**edemptiónis nostræ múnere vegetati, quæsumus, Dómine: ut hoc perpétuæ salutis auxilio, fides semper vera proficiat. Per Dóminum.

Preghiamo.

**R**invigoriti dal dono della nostra redenzione, fa', o Signore, te ne supplichiamo, che questo aiuto d'eterna salvezza sempre accresca in noi la vera fede. Per il nostro Signore Gesù Cristo.

## IN FERIIS POST DOMINICAM IN ALBIS

IV classis

## Antiphona ad Introitum

1 Petri 2, 2

**Q**uasi modo géniti infántes, allelúia: rationábile, sine dolo lac concupiscite, allelúia, allelúia, allelúia.

**C**ome bambini appena nati, alleluia, cercate un latte puro e spirituale, alleluia, alleluia, alleluia.

Exsultate Deo adiutori nostro: iubilate Deo Iacob.

Esultate a Dio, nostra forza, festeggiate il Dio di Giacobbe.

Ps. 80, 2

V. Glória Patri.

V. Gloria al Padre.

Quasi.

Come bambini.

*Dicitur Glória in excelsis in hac et sequentibus dominicis post Pascha, etiam quando infra hebdomadam adhibetur Missa dominicæ præcedentis.*

## Oratio

Orémus.

**P**ræsta, quæsumus, omnipotens Deus: ut, qui paschalia festa perégimus, hæc, te largiente, moribus et vita teneamus. Per Dóminum.

Preghiamo.

**O** Dio onnipotente, concedi a noi di continuare, per tua grazia, nella condotta della vita il mistero della Pasqua che abbiamo celebrato. Per il nostro Signore Gesù Cristo.

Lectio Epistolæ beati Ioannis Apostoli.

Dalla prima lettera di san Giovanni apostolo.

1 Ioann. 5, 4-10

**C**arissimi: Omne, quod natum est ex Deo, vincit mundum: et hæc est victória, quæ vincit mundum, fides nostra. Quis est, qui vincit mundum, nisi qui credit, quóniam Iesus est Fílius Dei? Hic est, qui venit per aquam, et sanguinem, Iesus Chri-

**C**arissimi, tutto quel che è nato da Dio vince il mondo; e questa è la vittoria che vince il mondo: la nostra fede. E chi è che vince il mondo se non colui che crede che Gesù è il Figlio di Dio? Gesù Cristo: è lui che è venuto,